

Liber Secundus

folo

v LIBRA & cre. Verba iurifconsultica. Vendicio eni firmatur cum per libri expēsa pecunia penes ipsum pretium ostenditur. Vnde libri pens huiuscemodi testificatiōnibus adhiberi solet de qua cōsuetudine Ianius apud Plinium inuenies.

x MANCIPIAT vsus. Quam ipsi iurifconsulti vsu capionem appellāt.

y QVI te pascit & c. Ostendit nihil interesse vtrū emas tibi in dies que petinet ad victū an ex agris tuis proueniant. Nam etiam ea que ex agris tuis pascis a te emittuntur. sed datū est olim pretiū cum agrum emisti.

z OCCAT. Iactum sentē in agro matris opetit.

a TE dām sentit. Nā si oribus ille cuius est ager vendet tibi frumentum iam ille ager tuus esse videtur. Nā si das villico nūmos & accipis ex agro pullos oua vinū vnam tu paulatim mercaris illum.

b PAVLATIM. q. d. maiori tuo commodo.

Viueret in terris: te si quis auarior vno:

Si proprium est: quod quis libra mercatur & are

Quadam si credis consultis mancipat vsus

Qui te pascit ager tuus est & villicus orbi

Cum segetes occat tibi mox frumenta daturus

Te dominum sentit: das nummos: accipis vnam

Pullos: oua: cadum temeti: nempe modo isto

Paulatim mercaris agrum fortasse trecentis

Aut etiam supra nummorum millibus emptum

Quid refert viuas numerato nuper an olim

Emptor aricini condam veentis & arui

Emptus cenat olus quamuis aliter putat emptis

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum

Sed vocat vsq; solum: qua populus afflita certis

Limitibus vicina refugit iurgia: tanquam

Sit proprium quicq; puncto quod mobilis hora

Nunc prece nūc precio nunci nūc morte supma

Permutet dominos. & cedat in altera iura

Sic quia perpetus nulli datur vsus: & heres

Heredē alterius velut vnda su peruenit vnda.

Quid vici profunt aut horrea: quidue calabris

Salibus adiecti lucani: si metit orcus

Grandia cum paruis non exorabilis auro:

Gemmas marmor ebur tyrrhena sigilla tabellas

c EMPTVM cenat olus. Is enim qui olera & reliqua ex agro quem olim emit cenat. emit ille olus quauis nota putat.

d SED vocat & c. Stulticia nostra facit vt illa que sunt attributa nobis certis terminis qui lites inter nos & vicinum prohibet nostra esse credamus. Sed nihil aliud cuius proprium esse potest quod illi vel precibus vel pretio vel vi vel morte auferri potest. Proprium enim diffiniunt id esse quod vni soli & semper competit.

e SIC quia perpetuus. Stulticiam summam esse concludit cum nihil nobis perpetuum esse possit velle mita possidere.

f ORCVS. Pro morte potuit que inexorabilis est.

g VYRRHENA sigilla. statuas in tyrrhenia. id est herurria fabricata. Sigillū autem paruum signū. Plinius autem signa tuscana ponit que in herurria factitata sunt.

h TABELLAS picturas